



DIE XXV JUNII

IN FESTO

SANCTI GUILLELMI ABBATIS.

DUPLEX.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis,

præter sequentia.

ORATIO.

*In I. Nocturno Lectio-
nes de Scriptura occu-
rrente.*

Deus, qui infirmi-
tati nostræ ad te-
réndum salutis viam in
sanctis tuis exemplum,
& praesidium collocasti:
da nobis, ita beati Gui-
llélmii Abbatis mérita
venerari, ut ejusdem ex-
cipiâmus suffrágia, &
vestígia prosequámur.
Per Dóminum nostrum
Jesum Christum Fílium
tuum.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Guillélmus Nobíli-
bus Paréntibus Ver-
céllis in Insúbria na-
tus , vix quartumdé-
cimum àetatis annum
expléverat , cùm miro
quodam pietatis ardore
flagrans Compostella-
nam peregrinátionem ad-

celeberrimum sancti Jacobí templum aggréssus est. Quod iter unā amictus túnicā , ac dūplici férreo circulo præcinctus , nudisque pédibus prosecútus , aspérrima frigoris, & æstus , famis, & sitis summo cum vi-
tæ discrimine perpessus est incómmoda. Revér-
sus in Itáliam , novam ad Sanctum Domini se-
púlchrum peregrinatio-
nem molitur ; sed quó-
minus propósitum exe-
quátur , vária , atque
gravissima intercédunt
impediménta , divino
Numine ad altióra , &
sancti òra religiosam ju-
venis indolem retrahén-
te. Porró in Solículo
Monte biénnum inter
assiduas preces, vigilias,
chameunias , & jejunia
commoratus; divina sub-

nixus ope, cæco lumen
restituit , cujus mirácu-
li fama percrebescénte
jam Guillélmus latére
non poterat ; quare ite-
rum Hierosólymam co-
gitat , & álacris se itine-
ri committit. ¶ Hóne-
stum.

Lectio v.

Dei autem móniitu,
qui eidem appáruit,
á propósito revocáтур,
utilior , ac fructuósior
tam apud Italos , quam
apud éxteras Natió-
nes futúrus. Tum Mo-
nastérium in Virgiliá-
ni Montis cacúmine,
quod deinde virginis est
appellátum , loco áspe-
ro , & inaccésso mirán-
dâ exædficat celeritéte.
Socios deinde viros , &
Religiosos adsciscit, eós-
que ad vivendi normam

Evangélicis præcéptis,
& consiliis summóperé
accommodatam ; tum
certis légib⁹, ex beáti
Benedicti institutis mag-
na ex parte desúmptis,
tum verbo, & sanctissi-
mis vitæ exémplis infór-
mat. *Rg.* Amavit.

Lectio xj.

ALiis deinde Mo-
nastériis eréctis , clari-
rior in dies Guillelmi
facta sánctitas , multos
ad eum úndique viros
perdúcit; sanctitatis odo-
re , & miraculorum fa-
ma alléctos. Nam muti-
loquelas , surdi audi-
tum, áridi vigorem , va-
rioque, & immedicábili
morbo laborántes , sani-
tatem ipsius intercessio-
ne recepérint. Aquam
in vinum convértit, alia-
que complúra mirabilia

patravit ; inter quæ illud
non siléndum , quod
muliéculà ad ejus cas-
titatem tentándam mis-
sā , in ardéntibus prunis
humi stratis illæsum se
volutavit. De qua re
cértior factus Rogérius
Neápolis Rex in sum-
mam viri Dei veneratio-
nem addúcitur. Demúm
témpore sui óbitus Re-
gi , aliisque prænuntiá-
to , innúmeris virtuti-
bus , & miraculis clarus
obdormivit in Dómino,
anno salutis millésimo
centésimo quadragési-
mo secundo.

Rg. Iste homo.

In tertio Nocturno.

Homilia in Evangélium.
Ecce nos reliquimus om-
nia , de Communi Ab-
batum. Missa , Os jus-
ti, de Comm. Abbatum.
Oratio propria ut suprà.

Cum Serenissimus Sardinie Rex per suas peculiares litteras Sanctissimo Domino nostro Pio Papae VI. non minus pie, quam enixé supplicaverit pro extensione ad utrumque Clerum Ecclesiæ universalis Officii, & Missæ de Communi Confess. non Pontif. cum oratione, & lectionibus secundi Nocturni propriis; nunc denuo de mandato Sanctitatis sue revisis, & correctis sancti Guillelmi Abbatis Fundatoris Benedictinæ Congregationis Montis Virginis; Sanctitas sua benignè precibus annuens, auditio etiam R. P. Carolo Erskine Eidei Promotore, ad relationem mei infrascripti Secretarii, petitum Officium, & Missam recitand. ac celebrand. singulis annis die vigesima quinta Junii in memoriam ejusdem S. Guillelmi Abbatis ab omnibus tam sacerdotalibus quam Regularibus utriusque sexus Christifidelibus, qui ad Horas Canonicas tenentur, sub ritu dupli minori, servata tamen Rubricarum dispositione, præcepit. Die 24 Augusti 1785. = J. Card. Archinto, Præfectus. = Loco  Sigilli. = Julius Maria de Somalia S. R. C. Sec.

